Fratres. Convenientibus
vobis in unum iam non est
dominicam cenam manducare. Un-
usquisque enim suam cenam presumit
ad manducandum. Et alius quidem
esurit. alius autem ebrius est.
Numquid domos non habetis ad
manducandum et bibendum. aut
ecclesiam dei contempnitis. et con-
funditis eos qui non habent.
Quid dicam vobis? Laudo vos?
in hoc non laudo. Ego enim ac-
cepi a domino: quod et tradidi vob-
is quia dominus ihesus in qua nocte tra-
debatur. accepit panem et gratias
agens fregit et dixit. Hoc est cor-
pus meum quod pro vobis tradetur.
hoc facite in meam commemoratio-
nem. Similiter et calicem postquam
cenavit dicens. Hic calix no-
vum testamentum est in meo sanguine